

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**[Materialien zur Rechtsgeschichte der Stadt Bremen]
[CIM I 102]**

[Bremen], [17. Jahrhundert]

[Zweites Kapitel]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-90089](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-90089)

nativitatem designata nominent, tamen ut inde non sequitur, Bremam tum nullam, fuisse, ita sedes Episcopalis Bremam non Stada collocata, majorem profecto Bremam non tantem celebratam, sed et antiquitatis opinionem Conciliat.

Jam si quam in antiquitate laus sita nonne Civitatis nostrae nomen jam annis fere. M. D. fuit celebre? Quid autem, Romani per Carolum Magnum Francorum Regem instauratio, sine Longobardorum regno imposito habet ante Metropolim nostram.

Capitulum 2

De situ et quis populus simus

De situ dispiciamus, quem Frisicarum rerum scriptores in septima sua Zelandia nobis assignant, neque enim dubium est vicinitatem Frisici et Brementensis tractus utriusque genti eam conciliasse familiaritatem et conjunctionem, ut una eademque gens, et unus idemque populus fuisse videri possint. Cum collocat nos Caroli fundatio in Wigmodia super flumen Wirram, quod Wigmodia nomen Frisicae historiae scriptores deducunt a Frisonis qui Frisicae genti nomen dedit filia Wigmod, qua cum pater septem Zelandiis inter septem.

filios suos distributis, hanc ditionis suae partem
 inhabitavit. Hic invenimus etiam tabulas,
 quibus septem, ~~Frisiorum~~ ^{Frisiorum} Zelandiae H^o 3324
 cum Bremensibus paciscuntur, lites, quae
 exorte fuerant pro sopitis, eosque inter se cen-
 gentem unam, et unum eundemque populum,
 quemadmodum ab antiquo fuerint, fidem et ami-
 citiam Constantem colere debere. Quid? quod
 nulla ratio suadet, fortissimae et Nobilissimae
 Frisiorum gentis Consanguinitatem detrac-
 tare? At quando, quod res est, dicere volumus,
 non obscurum est, Ptolomeum et Tacitum,
 optimae fidei auctores, in Caucorum populum
 diserte nos referre, et a Frisiiis distinguere.
 Cauchi duplices sunt, Majores et Minores,
 Majores Bremensem et Lunenburgensem di-
 tiones intelligunt Geographi. Minores Fri-
 sios orientales et Angrivarios. Sic etiam
 Caroli fundatio Wigmodiam Saxoniae tribuit.
 Et infinitae sunt literae, quibus a Saxoniam
 etiam ager Oldenburgicus, qui inter inter
 nos et Frisiam interjacet, distinguitur

Loco mültarüm sunt solemnes illae tabulae,
 quas Archiepiscopus Bremensis Burchardus,
 Comites de Oldenburg et Delmenhorst,
 Hoija, Stotel, Diebholz, Senatus item
 Bremensis, et Rüstingi Anno 1337. obliga-
 runt, ut inter Saxones et Frisones pax, et
 foedus perpetuum firmaretur. Ex quibus
 omnibus palam ae manifestum fit, vere nos
 Frisios non esse, nec Zelandis ipsorum inclu-
 di posse.

Wigmodia autem, ut et Cauehorum nomen
 exolevit, nisi quod vulgo vox, quae animo et
 armis promptum vim Cantum appellat,
 Cauehorum nomen videat, refricare. Germa-
 niae, Caroli Magni nepotis, et Nicolai Papae
 Anno Chri. 1358. qui est ab ordinatione
 Willehadi annus 70. spiravit. Nam
 quod Hermannus Coloniensis Episcopus
 septimo Adalgarii anno, Regis Henulphi
 et Formosi Papae favore privilegia illa
 non nihil infregit, id iniuste factum declara-
 vit Sergius Papa vetera Ecclesiae Bremensi

renovans Privilegia, Itaq et Bruno Coloniensis Archiepiscopus frustra Adaldago litem super Bremā intendit, quā Politicam dignitatem per manus à posteris traditam in hunc usq diem Conservat illibatam.

Qui sumus igitur populus? Chauci nimirum prisca, recentioribus Saxones; Chauci populus s. Inquit Tacitus inter Germanos nobilissimus quiq magnitudinem suam malit justitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretiq nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur, sedq praecipuum virtutis et virium argumentum est, quod ut superiores agant, non per injurias assequuntur. Prompta tamen omnibus arma, ac si res poscat, exercitus, plurimum virorum equorumq: et quiescentibus eadem fama. Hactenus Tacitus de Moribus Germanorum Dag: mibi. 460. Neg vero Frisus eandem laudem invidemus, quatenus nobiscum sunt Chauci, sed ad solos